



Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Materia meditandi pro singulis diebus unius hebdomadæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

intermittere tam nobile exerci-
tium; & proponendo idem con-
tinuare, si bene successerit, ad ma-
jorem Dei gloriam; cui sit Laus
& benedictio ab omnibus per
æterna sæcula.

*Materia meditandi pro singulis die-
bus unius hebdomadæ.*

EXpositis bene meditandi &
sensus applicandi præceptis,
subjungam hoc loco materiam
pro septem meditationibus, sep-
tem hebdomadæ diebus corres-
pondentibus, ut ad exemplar il-
larum quisque sibi possit forma-
re, haud difficulter alias, quas as-
sumere volet, erant hæc de sep-

tem itineribus, quæ Dominus
noster pro nobis acerbissimæ pas-
sionis suæ tempore suscepit, ser-
vientque vel pro ordinariâ me-
ditatione, vel pro Sancta cuius-
vis diei occupatione, posito quod
quis de aliâ materiâ meditatio-
nem instituat, sive ut post divi-
num officium vel Beatissimæ
Virginis absolutum leviter per-
currat, unicuique horæ Canoni-
cæ unum iter applicando; sive ut
materia suppetat septies in die
aliquid boni considerandi sive
ut eis fructuosè se occupet visi-
tando septem Ecclesias, acci-
piendo singula itinera pro
singulis Ecclesijs.